et Nobiles dnos quem et quos sibi facilius et commodius Conducere poterit offi
ciose acceptandam dat et admittit. Submittit ipse ac de bonis suis cum sua
potentiae in solidum quod dictam tenutam in summa et eius successores occasio
ne praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumlibet personarum pro
pinquarum et remotarum cuiuscunque sexus status et conditionis existentium
per omne tempus tenutae eius si opus et necesse fuerit tueri defendere
evincere eliberare pacificare solusque tam per se quam per quasvis subor
datas et subordinatas personas manutenere. Sub vadio simili aliorum qua
draginta quatuor florenorum in casu non evictionis seu impeditae posses
sionis eidem mox totaliter absolvendum succumbendo. Et coram officio
praesenti Castrensi Capitaneali Branscensi in primo Citationis Termino pere
mptoria responsione ac satisfactione. Omnibus Controversijs exceptionibus
allegationum evasionum dilationum infirmitatibus motionibus appellationibus
ac eam in quibuscunque prosequutionibus commissa eadem dilatione iuris
dici et alijs universaliter cunctis iuris remedijs et defensionibus legalibusque
impedimentis etiam de iure Concessis ipse bonis se et suos successores abre
nunciando et abrenunciando libera resignatione sua suorum successorum totius
integro causa Personali sua recognitione ipsius mediante.

Kulesza Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal Branscensibus personaliter Com
parens Nobilis Mathias olim Joannis Kulesza sanus mente et corpore
existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilem Joannem
olim Martini Kulesza de causa et actione ratione expulsionis bono
rum Kulesze de post obitum Mathiae et Valentini Kulesza patruorum
suorum iure naturali successionis concernentis ad officium praesens instituta tum
et de processu in obtentam concordiam et Conventionem sufficientem satisfactionem
quietat emittit et liberum facit processumque totum ea ex causa obtentum
cum quo certo gradus iuris dependentem cassat annihilat penitus.

Kulesza Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal Branscensibus personaliter Com
parens Nobilis Joannes olim Martini Kulesza sanus mente et corpore
existens palam publice ac libere recognovit sibi Nobilis Mathias olim Joannis
Kulesza ex obligatione bonorum in Kulesze litwa sitorum sibi per eundem
Mathiam Kulesza dicentis inscriptionem coram actis castrensibus in sum
ma Quadraginta florenorum polon. recognitis ac inscriptis seu quibus et quanta
ex inscriptionibus apparebit accepta ab ipso praemissis sufficienti satisfa
ctione quietat emittit et liberum facit inscriptionem eiusmodi cum eo
effectu ligamentis et processum eo nomine obtentum cassat annihilat per
petuo et in eum ac de bonis condescendit. Feminarum hyemalibus sibi pro
studiosa Personali sua recognitione in praemissis mediante.

Zebrowsky Woiny obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus per
sonaliter Comparens Nobilis Martinus olim Valentini Woiny